



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

[Reg. XIV. Revocatio Facultatum Conferendi Beneficia Reservata.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

ARGVMENTA IN REG. XIV. PAVLI V.

- | | |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Hæc Reg. revocat facultates ordinariis concessas per prædeces-
lores conferendi beneficia reservata
vel affecta.</p> <p>2. Ordinarii appellatione quid veniat,
quoad hujus reg. effectum.</p> <p>3. An hæc Reg. inutilis censenda sit,</p> | <p>propter Regulam VIII. supra.</p> <p>4. Ordinariis nulla fit injuria per
vationes Papales.</p> <p>5. Regula revocans indulta & hinc
tes conferendi, non revocat ab
vas Ordinariorum.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

REGVLA XIV. PAVLI V.

REVOCATIO FACULTATUM CONFERENDI
BENEFICIA RESERVATA.

Item revocavit quascumque facultates, & litteras de super confectas per quas quicumque sui prædecessores Romani Pontifices quibus personis ordinariam collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum Ecclesiasticorum de jure vel consuetudine habentibus, & quibus etiam Patriarchali, ArchiEpiscopali, vel alia dignitate, vel alio, tamen Cardinalatus honore fungentibus, quavis consideratione intuitu, etiam motu proprio, ac ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine concesserant, aut quamdiu viverent, vel in ecclesiis, seu Monasteriis præessent, aut ad aliud tempus de beneficiis Ecclesiasticis generaliter reservatis, seu affectis, ad eorum collationem provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem communiter, vel divisim spectantibus, disponere libere & licite valerent, aut etiam ad id per eosdem prædecessores Vicarii, papales, vel ad tempus constituti forent.

COMMENTARIA IO. A'CHOKIER.

Hæc Regula licet non sit infera Regulis Innocentii VIII. cæteri tamén ab
 eo Pontifices ad nostra usque tempora illam laudarunt, probarunt suisq;
 Regulis semper attexerunt. Revocat enim facultates à prædecessoribus con-
 ferendis quibusvis Ordinariis, exceptis Cardinalibus de conferendis beneficiis
 reservatis seu affectis ad eorum alioqui collationem, provisionem, præsen-
 tationem &c. spectantibus, quibusvis inquam Ordinariis habeatibus de jure
 vel consuetudine ordinariam collationem seu aliam dispositionem: quibus
 verbis nedum comprehenduntur Ordinarii, quibus jure communi libera com-
 petentia beneficiorum suæ Diocesis dispositio, cap. omnes Basilica, cap. Nullus 16. q.
 2. cum olim de præscript. c. 1. de offic. ord. Sed etiam inferiores, quales sunt Ar-
 chiepiscopus, Archidiaconus, aliq; inferiores, qui consuetudine vel privile-
 gio, non de jure ordinariam habent conferendi &c. facultatem c. 1. c. cum satis
 glo. verbo Consuetudinis c. mandamus, ibi glo. Vers. Visitandus, de off. ord. cap. 1. 2. &
 de off. Archipræb. Mandos. hic quasi. 5. Neq; porro videtur hæc Regula in-
 iunctis propter Regulam viii. per quam datur alternativa mensium, videlicet Fe-
 bruarii, Aprilis &c. adeo quod Papa coarctetur ad non conferendum in dictis
 mensibus: quia ejusmodi alternativa datur duntaxat Episcopis illam accep-
 tate volentibus, ut habetur in d. Reg. viii. Nam non acceptantes, remanent
 in dispositione juris communis, quo Episcopi poterant conferre beneficia,
 licet reservationibus cessantibus in quolibet mense, ut latius ostendimus
 in Probemio dictæ Reg. viii. ubi quoque d. xi. injuriam non fieri per Papam lo-
 cutionem ordinariis per ejusmodi reservatorias regulas. Non ergo fuit inutilis hæc
 regula, imò nec correctoria aut revocatoria dictæ reg. viii. quæ concedit fa-
 cultatem alternativam Episcopis residentibus, ut notat Hieron. Gonzalez ad dictam
 Reg. glo. 24. num. 145. per not. Crescent. decis. 194. de privileg. & ejusdem Gonzalez d.
 de off. 53. n. 60. & Mandosii in reg. xi. q. xi. n. 1. & Put. decis. 215. n. 4. l. b. 1.

ARGU.

GLA
 RINNI
 TAREN
 LAS
 ARLES
 LICER
 IPEDE PIRETU